



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 51. Marianus Gallis cæsis ubique Victor.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI. tur, ne cum suis copiis nihil interea  
A.C. 1554. egisse videretur, Scarlinum vicinum,  
 ac ignobile Plumbiensis ditionis op-  
 pidum aggredi statuit: at cum ipsum  
 locum exploraret, tam incaute longius  
 processerat, ut a rustico, qui Virum ex  
 corporis proceritate cognoverat, ac in  
 insidiis inter juncos delitescebat, sclo-  
 peti glande in ilibus graviter fauciare-  
 tur, unde quantocius ad suas triremis,  
 atque inde altera die Castellionem Pif-  
 cariæ delatus paulo post expiravit, cum  
 vix trigessimum nonum ætatis suæ an-  
 num attigisset. Sepultum est Corpus  
 ejus ad Herculis Portum in Ecclesia  
 majori.

## §. LI

*Marinianus Gallis cæsis ubique  
 victor.*

*Thuan. l. c.  
 Belcar. com.  
 l. 26. n. 59.  
 Et seq.*

Postquam Marinianus Marchio in nu-  
 pero prælio Gallos profligaverat,  
 mox Marciani oppidi præfidiarii dedi-  
 tionem fecere, quocirca Strozzius cum  
 suis Lucinianum auffugere cogebatur;  
 verum comperto Marchionis adventu  
 unacum Aurelio Fregosio, qui & ipse  
 vulneratus erat, sese Mont-ilcinum de-  
 ferri curabat: Luciniano vero Altum  
 Concium præposuit, eique suppetias se  
 submissurum spondit. Verum Mari-  
 nianus parta victoria nequaquam copias  
 suas



suas huic urbi admovit, sed illius ob-  
sæcul. XVI  
dionem usque ad alteram diem distulit, A C 1554.  
ubi ad primum hostis conspectum Con-  
tius statim urbem deseruit, eoque ab-  
eunte cives victori claves deferebant,  
quapropter Strozzius tantam ignaviam  
indignatus Contium capite plecti, Co-  
mitis vero Mirandulani Vexiliferum,  
qui e prælio primus auffugerat, laqueo  
suspendi iussit. Tertio post die Mari-  
nianus Luciniano rursus capto Senen-  
sis urbis obsidionem prosequabatur, il-  
lamque abs dubio expugnasset, nisi su-  
pervenisset Montlucius, qui post Ferra-  
riensis Cardinalis discessum Senensem  
urbem defendendam susceperat, cum  
interea Strozzius copias in aciem edu-  
ceret; hic enim Senenses animo eri-  
gens hortabatur, ut nequaquam despe-  
rarent, sed constanti fortitudine hostium  
impetus eluderent, suæque libertatis  
haud immemores in avita fortitudine  
sua, ac Regis, qui eos nunquam dereli-  
cturus esset, præsidio spem suam repo-  
nerent. Hac Montlucii oratione tanto-  
pere cives accendebantur, ut omni ti-  
more depulso occupatæ cladis nuntium  
ea tranquillitate exciperent, perinde  
acsi ab omni periculo immunes forent,  
unde majori cum ardore sese ad urbis  
suæ defensionem accingebant.